



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XCIII. Deputationis Vicarii Generalis à Capitulo sede vacante.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

nem pertincentibus, quæ in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augus-  
tis, Octobris, & Decembri quomodo-  
cunque vacantibus, Episcopi ipsi, sicut  
præmittitur, residentes, libere dispon-  
nere valeant, prout in dicta regula la-  
tius continetur, cuius exemplum vidi-  
mus, & perlegimus, in qua etiam decer-  
nitur, ut Episcopo, qui Alternativæ  
prædictæ gratiam acceptare voluerit,  
acceptationem hujusmodi per paten-  
tes suas litteras, ipsaque ad R. D. ejus-  
dem S. D. N. Papa Datatium trans-  
mittere teneatur: Alternativæ gratiam  
prædictam per presentes litteras pa-  
tentem omni meliori modo, via & jure  
quibus melius, & efficacius debemus,  
& possumus, cum suis omnibus & sin-  
gulis conditionibus limitationibus, &  
requisitis, & aliam quam forte succel-  
latores summi Pont. concederint, & pu-  
blicari fecerint acceptamus. Et sic has  
nostras patentem litteras manu nostra  
signatas, & sigillo nostro muniras, per  
nostrumque infrascriptum Cancellari-  
um subscriptas, ad R. D. Datarium  
præfatum transmitti mandamus. In  
quorum fidem &c.

## FORMULA XCIV.

*Edicti pro visitatione Cathedralis.*

D Rodericus &c. Salubre visitatio-  
nis munus ad sacrorum Cano-  
num, & sacri Concilii Trid. præscri-  
psum ingredi, ac perficere cupientes con-  
gruum fore existimavimus, à nostra  
Metropolitana Ecclesia incipiendum  
&c. Hoc igitur præsenti editio ad om-  
nium notitiam deducimus, nos crastino  
die divisa adjutrice gratia XI. hu-  
jus mensis post Missarum solemnia vi-  
sitatuos dictam nostram Metropoli-  
tanam Ecclesiam. Monemus itaque  
omnes RR. Decanum, Dignitates, Ca-  
nonicos, quartanarios, Presbyteros,  
Clericos, ceterasque personas Ecclesi-  
sticas, quounque nomine nuncupata-  
tas, dictæ Ecclesiæ inservientes, ut  
præparent se, vel eorum quemlibet ad  
hanc visitationem recipiendam, &  
ostendant eorum ordinum Bullas, suo-  
rum omnium beneficiorum titulos,  
dispensationes, statuta Ecclesiæ prædi-  
cta, obligationum onera, inventarium  
præterea bonorum, jurium, & reddi-  
tuum ad eos & eorum Capitulum, &  
Ecclesiam præfatam quomodolibet  
spectantia, cum nota distincta instru-  
mentorum, aliarumque publicarum  
scripturarum, ac repertorium mobili-  
um, visitationi prædictæ convenientia-  
& intersint quoique illa perfecta fue-  
rit, sub pœnis nostro arbitrio reser-  
vatis. Et ne ignorantia causa ab aliquo al-  
legari

L

legari

## FORMULA XCII.

Deputationis Vicarii Generalis  
Episcopi.

Posui supra. allegat. 54. num. 56.

## FORMULA XCIII.

Deputationis Vicarii Generalis à Capi-  
tulo sede vacante.

Posui supra. allegat. 54. num. 159.